



# **Epistolae contrariae Pici pro barbaris Philosophis, & Hermolai noua ac subditicia, quae respondet Pico.**

<https://hdl.handle.net/1874/455448>

# EPISTOLAE

CONTRARIÆ PICI PRO BAR

baris Philosophis, & Hermolai  
noua ac subditicia, quæ re  
spondet Pico.

Editæ cum dispositione Philippi Me-  
lanchthonis, quia continent illustria  
exempla Dialectices, quæ adolescen-  
tibus ad intelligenda præcepta  
plurimum conductura  
uidentur.

Haganoæ ex Officina Petri Brubachij  
Anno M. D. XXXIII.  
Mense Augusto

Cum gratia & priuilegio Cæsareo

J. J. Hurdon, Esq., 7, Newgate St.  
1817. A. M. 10. 10.  
Augt. 1st.

# ORNATISSI

MO VIRO, D. IVSTINO GOBLE-  
ro, Confluentiu*m* iudici*m* Scrib*m*, Franciscus  
Vinariensis Salutem Dicit.



ANTAM VIM HABET hospiti*m* cōiunctio apud bonos, ut sanctissimo sœde re animos copulet. Itaque et si nostra in te officia uolunta te nostra minora fuerunt, tamen facis humanissime, quod memor*m* nostri summa cum benevolentia reuidas. Ego uero te & cōpletandum & amandum duxi, cum propter eximi*m* humanitatem ac suavitatem in-

genij tui, tum uero quia uidebam te, quanquam ratio mulieris tui cogit te in forensi doctrina uersari, tamen mirisice amare atque admirari eloquentiae studia, quae etiā si nihil afferrent utilitatis, ut indocti quidam falso putat, ad leges intelligentias, tamen ornamentum in homine nullum, meo iudicio, maius atque illustrius esse potest, q̄ elegās & apta oratio. Atque ut eos, qui hoc ornamentum non intelligunt, uix hominum appellatione dignos esse censeo: ita contra eloquentiae studiosos magnopere amo, eosque uere philosophari iudico, quod & uideant quid sit homine præcipue dignum, & uera bona mirantur atque experiantur. Et si enim multæ sunt causæ, cur eloquentiae studium uulgo negligatur, tamen hanc præcipuam esse statuo, quod pauci tantum iudicio ualent, ut uim ac dignitatem artis omnium reginæ intelligant. Atque hæc memini etiam coram nos disputare, Itaque cum nuper rescripsis-

A iii

## EPISTOLA NVNCUPATORIA.

sem Epistolæ Pici, in qua uituperatur eloquentia, uenit mihi  
in mentem illius tui iucundissimi sermonis. Quare duxi hanc  
meam declamatiunculā potissimum tibi mittendam esse, ue-  
lū xenium, ut intelligeres me quoq; memoriam nostri con-  
gressus summa fide retinere. Et arbitrabar hoc xenium pro-  
pter argumentū neq; alienum tuis studijs neq; ingratum fo-  
re, et si non ignoror me nihil minus præstissime, q; quod ibi dis-  
puto, efficiendum esse in dicendo, ut rerum magnitudinem  
æquet oratio. Ego uero uix extremas lineas duxi maximi  
operis, tantū abest ut absolverim. Hermolaus recitat quasdā  
suas pugnas, hoc ne agit quidem ut refellat Pici argumenta.  
Et haud scio an iudicio causam suā peragere noluerit, quod  
uideret eam non magis epistolæ conuenire, q; si quis in exi-  
guā tabella ingentem colossum uelit pingere, quod cum ipse  
animaduerterem, cœpi etiam languidiore animo scribe-  
re, & quasi represso cursu restiti, ac breuiter ostendit  
fontes argumentorum Pici, ut ab adole-  
scientibus iudicari facilis possit, ubi ille  
quasi extra viam currat, dum in  
absurda materia uenda  
ludit. Bene uale.



# IOHANNES

PICVS MIRANDVLA

Hermola Barbaro

suo, S. D.



GO QVID EM, MI  
ducitur ab  
Hermolae, nec pos-  
sum aut tacere, quæ  
de te sentio, aut nō sen-  
tire ea quæ de illo de-  
beant, in quo omnia  
ueluti singula summa  
reperiantur. Sed uti-  
nam esset is meq; men-

Exordium  
Hermolai  
prioribus  
literis, in q  
b9 Hermo  
laus agit Pi  
co gratias.  
q tā hono  
risce de ip  
so sentiat.  
Repetitigi

tur Picus il  
lam ipsam.  
sentiam.  
De imitati  
one corri  
git Hermo  
la dictum,  
q ipsum  
imitari nō  
possit, ad  
mirari  
possit.

tis captus, ut pro meritis tuis de te sentirem, uti  
nam ea dicendi uis, ut exprimere aliquādo pos-  
sem, quod semper sentio, scio quæ de te concipi  
infinitū, subsidere infra fastigia doctrinę tuæ,  
scias & tu quæcunq; loquimur, minora esse ijs  
quæ concipimus, tam deesse scias animo uerba,  
q rebus animus deest. Et tamen ita me audere  
credis, ut sperem posse imitari tua, quorum nec  
magnitudinem æstimare possum. Admirari te  
possunt omnes, imitari tam pauci possunt, q  
nemo reprehendere. Et utinam ea mihi scelici-  
tas, ut quæ scribam Hermolaum meum aliqua

A iii

## EPISTOLA PICI

ex parte imaginentur. Ipse enim (ut taceam cætra) stilus tuus, cui tu adeo male faues, mirum quantum me afficit atq; delectat, ita est doctus, grauis, compositus, eruditus, excuslus, ingeniosus, in quo nihil expositum, nihil uulgatum, nihil sit triviale, seu uerba, seu sententias species. Legimus saepe ego & noster Politianus, quascunq; habemus tuas, aut ad alios aut ad nos epistolas, ita semper prioribus certant sequētia, & nouæ fertiliter inter legendum efflorescunt Veneres, ut perpetua quadam acclamatione interspirandi locum non habeamus. Sed mirum dico, q; persuadeas, & legentis animum quoq; uelis impellas. Expertus sum ego cum semper alias, tū hac proxima tua ad me epistola, in qua dū barbaros hos philosophos insectaris, quos dicis haberī uulgo sordidos, rudes, incultos, quos nec uixisse uiuentes, nedū extinti uiuant, & si nunc uiuant, uiuere in poenam & contumeliam. Ita Hercules sum commotus, ita me puduit, piguitq; studiorū m̄orum, iam enim sexenniū apud illos uersor, ut nihil minus me fecisse uelim, q; in tam nihil facienda re, tam laboriose cōtendisse. Perdiderim ego, inquā, apud Thomam, Iohannem Scotum, apud Albertū, apud

Narratiūcula, conti  
nēs occasi  
onē huius  
epistolæ.

Auerroēm

PRO BARBARIS PHILOS.

Auerroëm meliores annos, tantas uigilias, qui  
bus potuerim in bonis literis fortasse nonnihil  
esse. Cogitabam mecum, ut me cōsolarer, si qui  
ex illis nunc reuuiscant, habituri ne quicquam  
sint, quo suam causam argumentosī alioqui ho-  
mines ratione aliqua tueantur. Demum succur-  
rit ex ipsis quempiam paulo facundiorē, suam  
barbariem, q̄ poterit minime barbare, hunc in  
modum fortasse defensurū. Viximus celebres  
o Hermolae, & post uiuemus non in scholis  
Grammaticorū, & paedagogijs, sed in philoso-  
phorum coronis, in conuentibus sapientū, ubi  
non de matre Andromaches, non de Niobes fi-  
liis, atq̄ id genus leuibus nugis, sed de humana  
rum diuinarumq; rerum rationibus agitur &  
disputatur, in quibus meditandis, inquirendis  
& enodandis, ita subtile, acuti, acrelq; fuimus,  
ut anxi quandoq; nimium & morosi fuisse for-  
te uideamur, si modo esse morosus quisquam  
aut curiosus nimio plus in indagāda ueritate po-  
test. Atq; in his quidem si quis nos arguat hebe-

Propositio  
cū amplifi-  
catiōibus,  
Barbari di-  
gnilaude  
sunt ppter  
rerū scientiā  
am. Huius  
appositiois  
amplificati-  
ones exte-  
nuat Her-  
molaus, &  
falsē deri-  
det nūero  
is. Rephen-  
ditur & ip-  
sa proprie-  
tatio, cū de-  
trahit istis  
magna  
ex parte re-  
rū sciētia.

Altera ps  
appositiois.  
nō sunt ui-  
pedem conferat, experietur habuisse barbaros,  
tuperandi  
q; non fue-  
rit eloquen-  
tes. Sequit

## EPISTOLA PICI

confirmatio. Nephias cum sapientia nō coniunxisse, tantum est sapientiae addere eloquentiā. Hanc propo- fortasse abest a culpa, ut coniunxisse sit sitionem principio rephēdit̄ Ira Hermolaus, quia maxime absurdum. est & falsa. Euerit autē eam ex ratiōne conuersionis. Nulli sapientes debet esse eloquentes, ergo neq; eloquentes fuerūt sapientes, quod est absurdissimum.

### ♣ Ratio I.

A similibus diluntur numero .3. & .6.

### ★ Ratio II.

A definitiōne seu fine eloquentiæ. Ipse definit elocutionē esse accessitum & inanem cultū. Hermolaus contra definiat elocutionem esse propriam explicatiōnem. Estq; locus communis, qd sit eloquentia, seu quis sit finis eloquentiæ.

cum sapientia nō coniunxisse, tantum fortasse abest a culpa, ut coniunxisse sit nephias. ♣ Quis enim cincinnos, quis fucum in proba uirgine non damnet? Quis in Vestali nō detestetur? ★ Tantum est inter oratoris munus & philosophi pugnantia, ut pugnare magis in uicem non possint. Nam quod aliud Rhetoris officiū, qd mentiri, decipere, circuuenire, præstigiari. Est enim uerstrum, ut dicitis, posse pro arbitrio in candida nigrum uertere, in nigra can-didum, posse quæcunq; uultis tollere, abiijcere, amplificare, extenuare dicen-do, demū res ipsas magicis quasi, qd uos iactatis, uiribus eloquentiæ in quā libuerit faciē, habitumq; transformare, ut non qualia sunt suopte ingenio, sed qualia uolueritis nō siant quidem, sed cum non sint, esse tamen audienti-

bus appareant. Hoc totum est nequicquam aliud, qd merum mendacium, mera impostura, merum præstigiū, cū a natura rei semper uel augen-do excedat, uel minuendo deficiat, & fallacē uerborum concentum, uelutilaruas & simulachra præten-

PRO BARBARIS. PHILOS.

pr̄tendēs, auditorū animos blādiēdo ludisicet.  
Erit ne huic cū Philosopho affinitas , cuius stu-  
dium omne in cognoscēda, & demōstranda cæ-  
teris ueritate uersatur? Adde quod nobis nulla  
erit fides lautitias uocū, & ueneres affectatibus,  
q̄si rebus parū fidētes , nec uero nixi trahere in  
sententiam his lenocinij homines quæramus.  
Est ob hanc cauſsam legerer es sacras rustice poti-  
us, quam eleganter scriptas , quod nihil sit mā-  
gis dedecēs, et noxium in omni materia, in qua  
de uero cognoscendo agitur , quam uniuersum  
istud dicendi genus elaboratum . Hoc, hoc fo-  
rensum est quæſtionum, nō naturalium atq; coe-  
lestium . Non est eorum qui in Academia , sed  
qui repu. illa uersantur, in qua quæ ſiūt queq; dī-  
cuntur populari trutina examinātur , apud quā  
flores fructibus longe preponderant. Non ne-  
ſcis illud? non omnibus omnia parifilo conue-  
niunt. Est elegās res, fatemur hoc, facundia, ple-  
na illecebræ , & uoluptatis, sed philosopho nec  
decora, nec grata. Quis mollem incessum, argu-  
tas manus , ludibundos oculos in histrione &  
saltatore nō probet. In ciue, in philosopho , q̄s  
non inprobet, arguat, abominetur? Si puel-  
lam uiderimus moribus lepidā, atq; dicaculā, rō.  
laudabimus, exosculabimur. Hæc in matrona

III  
Vtrum ſit  
uoluptas  
digna phi-  
losopho, dī  
cū breuiter  
numero 4  
& additur  
ibi argume-  
ntū a necesse

B

E P I S T O L A P I C I.

III  
Aliae simili-  
tudines cō-  
tumeliosæ  
diluuntur  
numero.s.  
damnabimus & persequemur. Non ego nos,  
sed illi inepti qui ad pedes Vestigant Bachana-  
lia, qui grauitatem philosophicarum rerum, &  
castitatem ludicris ueluti, & calamistris dehorter-  
stet. Profecto quod Sinelius de adolescente, de  
oratiōne dici commode potest, comatam oratio-  
nem semper cinedam. Quare nos nostram ma-  
lumus hirtam, globosam, inexpeditam, quam  
cum impuritatis, uel nota, uel suspitione belle  
comatam. Alioqui Palladis peplum non reuela-  
ret, sed a sacrīs uti prophana repelleretur. Et ut  
nihil sint reliqua, hoc est uerissimum, nihil esse  
diuersū magis ab instituto philosophi, quacūqz  
in re, quam quod luxum, aut fastum aliqua ex  
parte sapit. Sicionios calceos, habiles. aptosqz ad  
pedem dicebat Socrates, sed Socrati nō conue-  
nire. Omnino non eadem ratio ciuilis habitus  
& philosophici, sicuti necqz mēlæ, necqz sermo-  
nis. Utitur his philosophus dūtaxat ad necessi-  
tatem, utitur ciuilis homo etiam ad gratiam, quam  
& hic si neglexerit, non ciuilis, & ille affectauerit  
non erit philosophus. Si posset Pythagoras ui-  
uere sine cibo, holeribus etiā parceret, si sua sēsa  
aspectu, aut dēmū minore, quam sermonis ope-  
ra explicare, omnino nō loqueretur, tantum ab-  
est ut linguam poliat, & exornet. Quod uel ob-  
id cauen-

PRO BARBARI S PHIL O.

id cauendum nobis, ne illectus cute medicata le  
ctor demoretur ad eam, ad medullam, & san-  
gainem non peruadat, quē subesse sepe cerusa-  
to ori infectum uidimus. Vidimus inquam in  
hisce omnibus quibus propterea in usu uenit,  
cum nihil sit intus non inane, & uanum, detine  
re lectorem in prima facie modulatu uario, atq;  
concentu. Quod si fecerit philosophus, clama-  
bit Musonius nō philosophum loqui, sed tibi-  
cine canere. Non ergo nobis uitio det id non fe-  
cisse, quod fecisse uitium erat. Querimus nos  
quid nam scribamus, non quaerimus quomo-  
do, imo quomodo quaerimus, ut scilicet sine  
pompa, & flore ullo orationis, quam nolumus  
ut delectabilis, uenusta & faceta sit, sed ut utilis,  
gravis, & reuerenda, & maiestatem potius ex  
horrore, q̄ gratiā ex mollitudine consequatur.  
Non expectamus theatri plauolum, quod aures  
demulserit æquabilis clausula, uel numerosa,  
quod hoc sit salsum, illud sit lepidum. Sed expe-  
ctamus paucorum potius præ admiratione silē-  
tium introspicientiū penitus aliquid, aut de na-  
turæ aditis erutū, aut de Iouis aula ad homines  
adductum, tum uel aliquid ita argutū ut defen-  
dendi, ita defensum ut arguendi non sit locus.  
Admiretur præterea nos sagaces in inquirēdo,

V

Hæc repre-  
henduntur  
Insciatōe,  
& inuertū-  
tur. Imo Si  
ne eloquē-  
ita nō pos-  
sunt res cer-  
ni.

B ii

## EPISTOLA PICI

Hæ ampli- circumspectos in explorādo, subtilest in contem-  
ficationes plando, in iudicando graues, implicitos in uin-  
quibus ar- ciendo, faciles in enodando. Admirantur in no-  
rogat bar- bis breuitatem stili, foetam rerum multarum  
baris rerū scientiā ex atq; magnarum, sub expositis uerbis remotissi-  
tenuantur mas sententias, plenaes questionū, plenaes soluti-  
altera par- onum, quam apti sumus, quā bene instructi am-  
te respōsio- biguitates tollere, scrupos diluere, inuoluta e-  
nis Hermo- lai simul u- no in loco, uoluere, flexi animis syllogismis & infirmare fal-  
sa, & uera confirmare. His titulis o Hermolae

VI uindicauimus huc usq; et uidicatueros post hac,  
Similitudo ab obliuione memoriam nostram non dubita-  
desymbo- uimus. Quod si uulgo (ut dicis) habemur sordi-  
lis & apo- di, rudes, inculti, hoc nobis ad gloriam est, non  
logis diluit Inuersione Imo apolo ad contumeliam. Vulgo non scripsimus, sed ti-  
gi traditi fuit ut red bi, & tui similibus. Nec aliter q; prisci suis ænig-  
matis & fabularum inuolucris, arcebant idiotas  
illustriora. Número 3 homines a mysterijs. Et nos consueuimus ab-  
VII sterrere illos a nostris dapibus, quas non pollu-  
Similitudo ere nō possent amariori paulum cortice uerbo-  
de occultā rum. Solent & qui Thesauros occultare uolūt,  
dis rebus i- si non datur seponere, quisquilijs integere, uel  
uerit. Imo plura sunt ruderibus, ut pretereuntes non deprehendant,  
i doctrinis q; extare & nisi quos ipsi dignos eo munere iudicauerint.  
efferride- Simile philosophorum studium celare res suas  
bēt, nō oc- populum, a quo cum non probari modo, sed  
cultari.

nec inv-

PRO BARBARIS PHILOS.

nec intelligi illos deceat, nō potest non dede-  
re, habere aliquid, q̄ ipsi scribunt theatrale, plau-  
sibile, populare, quod demū multitudinis iudi-  
cio accōmodare se uideatur. Sed uis effingā ideā  
sermonis nostri, ea est ipsissima, que Silenorum  
nostri Alcibiadis. Erant enim horum simulacra  
hispidō ore, tetro, et aspernabili, sed intus plena  
gemmarū, supellectilis raræ & præciosæ, ita ex-  
trinsecus si aspexeris, ferā uideas, si introspexe-  
ris numē agnoscas. At, inquies, nō ferunt aures  
nunc asperam, nunc hiulcam, semper incon-  
sonam texturam. Non ferunt barbara nomina,  
ipso etiam pene timenda sono. O delicate cum  
accedis coraules & citharedos, pone te in auri-  
bus, cum uero philosophos, auocā sensibus,  
redeas ad te ipsum in animi penetralia mentisq;  
secessus. Assume illas Thianeiaures, quibus, cū  
omnino non erat in corpore, nō terrestrē Mar-  
siām, sed Apollinē cœlestē, diuina cithara uni-  
uersi melos ineffabilibus temperātem modis, ex-  
audiebat. His auribus philosophorum uerba si  
delibaueris, mellea tibi ad Nestoris inuidiā esse  
uidebuntur. Sed hec sinamus nimio plus assur-  
gentia, profecto fastidire in philosopho subtilif-  
fime disputāte minus concinnam elocutionem,  
non tam delicati stomachi est, q̄ insolētis. Necq;

VIII  
Similitudo  
de Silenis  
Alcibiadis  
iuertit nu-  
mero 16

## E P I S T O L A P I C I.

Hæc om̄a  
diuinur  
opposito  
argumēto  
necessitat̄is  
Necesse est  
enī Socrā-  
tis oratio-  
nem intelli-  
gi:  
est aliter ac si quē in Socrate de moribus docēte  
offendat, aut laxus calceus, aut toga dissidēs, &  
lectū prave stomachetur ob unguem. Non de-  
siderat Tullius eloquentiam in philosopho, sed  
ut rebus & doctrina satissfaciat. Sciebat tam pru-  
dens quam eruditus homo nostrum esse cōpo-  
nere mentem, potius q̄d dictionem, curare ne qd  
aberret ratio non oratio, attinere ad nos εν Λιαθέ  
ει λόγω, nō attinere δι εν προφεξ̄. Laudabile in no-  
bis habere musas in animo, & non in labris, ne  
quid in illo uel per irā sonet, uel per libidinem  
eneruatius. Deniq̄ ne qua sit discors a genuina  
ipsa, qua temperatus est modulabiliter harmo-  
nia, quā Plato cum intelligeret Theatrali ista,  
& poetarum sepe corrūpi, a Republica sua poē-  
tas omnes eliminauit, gubernandā autem phi-  
losophis reliquit, mox certe si per lasciuiam dis-  
serendi poetas fuerint imitati, exilio condēna-  
dis. At instabit Lucretius, & si non egeant per se  
philosophiæ cōmentatiōes amoenitate dicēdi,  
per eius tamen adhibitionē dissimulādam esse  
ipsarum rerum austерitatē. Sicut ab synthia p  
se pellunt morbos, melle tamen illiniuntur, ut  
puerorum ætas improuida Iudificetur, hoc for-  
te tibi faciendum erit o Lucreti, si pueris scribe-  
bas tua, si uulgo faciendū utiq̄ tibi, qui nō ab-  
synthia

PRO BARBARIS PHILOS.

absynthia modo, sed merocissima toxica propinnares. Sed lōge alia nobis habēda ratio, qui uulgus, ut ante diximus, non allectare querimus, sed absterrere, nec tetra absynthia, sed nectar p̄pinamus. Sed contendet Lactantius satis cōstatre in auditorum animos, uel seniorum influere potentius ueritatem & ui sua instructam, & luce orationis ornatam. Si fuisses o Firmiane tam frequēs in sacrīs litteris, q̄ in fictis litibus fuisti, et hoc nō dixisses, & nostranō minus bene fortasse cōfirmasses, quam destruxeras aliena. Dic quælo quid mouet fortius, & persuadet, q̄ sacrum lectio literarum? Non mouent, non persuadent, sed cogunt, agitant, uim inferūt legis ruādia uerba et agrestia, sed uiua, sed animata, flama mea, aculeata, ad imum spiritum penetrantia, hominem totū potestate mirabili transformantia. Periclis orationibus elaboratis, & luculētis nihil se cōmoueri inquit Alcibiades, sed Socratis uerbis nudis & simplicibus, addit etiam si sunt inepta, rapi in furorem, extra se ponit, & uelit, nolit faciendū ei, quod ille præceperat. Sed quid perdo uerba in re cōfessa, si non desipit auditor, a fucato sermone, quid sperat aliud q̄ insidias? Tribus maxime persuadetur, uita decen̄tis, ueritate rei, sobrietate orationis. Hæc sunt

De sermōe  
sacrātū literārū res  
pondetur  
numero?

## EPISTOLA PICI

Lactanti, quæ philosopho fidē cōciliant, si bonus fuerit, sit ueridicus, si id genus dicendi appetens, quod non ex amoenis musarū syluis, sed ex horrendo fluxerit antro, in quo dixit Heraclitus latitare ueritatem. At dicet quispiam, age amice examinemus hæc deposita contentione. Reuerendum quoddam, & per se diuinum est sapientia, nec exotico quoq; eget ornatu. Sed quæ inuidia & hunc accedere. Quis negat, quæ per se decent, si adornētur fieri decētiora? Ego amice hoc in plerisq; nego, adeo multa sunt quorū splendorem, si quid adiūxeris, elumines, & nō superiores illustres. Ita sunt scilicet in sua natura optimo statu, ut demutari ab illo nisi in peius non possint.

Coaceruat alias similitudines, quæ idem peccat, qd superiores in omnib; enim est fai sa hypothesi, q; elo- cutio sit nō necessarius cultus.

Marmorea domus picturam nō recipit, si opus albarium super induxeris, demas de dignitate, de pulchritudine. Non aliter et sapientia & que tractantura philosophis tectorio non clarescunt, sed offuscantur. Quid plura? Nonne uulgatū bonas formas ceruilla deuenustari? In uniuersū quicqd pulchri superimponas, celat, qd inuenit, quod affert secum illud ostentat. Quare si quod prius fuerat, aduentitio prestat, iacturam fecerit illud quicquid est, nō lucrū. Ob eam causam nudam se præbet philosophia, undiq; cōspicuam, tota sub oculos, sub iuditium uenire gestit,

PRO BARBARI S PHILOS.

gestit, scit se habere, unde tota undiqꝝ placeat:  
Quantum de ea ueles, tantum de forma ueles,  
tantū de laude minuas: synceram & impermix-  
tam se haberi uult, quicquid admisceas, infec-  
ris, adulteraueris, aliam feceris, stat puncto in-  
sestili, & indiuīduo. Quapropter necludēdum  
tropis, nec uerbis aut nimis luxuriandum, aut  
translatis lasciviendū, aut factitijs audendum,  
in re tam seria, tanti discriminis, in qua demere,  
addere, demutare sit flagitium. At inquies age  
damus hoc uobis, ut non sit uestrum ornate lo-  
qui, sed uestrum est certe, quod nec præstatis, ut  
latine saltem, ut si non floridis, suis tamen uer-  
bis res explicetis. Non exigo a uobis oratiōem  
comptam, sed nolo sordidam, nolo unguenta-  
tam, sed nechircosam. Non sit lecta, sed nec ne-  
glecta. Non querimus ut delecter, sed queri-  
mur ut offendat. Bene habet, iam scilicet ad nos  
deficis. Sed amabo incognoscamus, quid istae  
sit latinitas, quam solam dicitis debere philoso-  
phos, & non persoluere, si dicendo incurrat, ex-  
empli cauſsa a sole hominē produci, cauſſari ho-  
minē nostrates dicūt. Clamabis actutum, hoc  
non est latinū, huc usqꝝ uere, non est Romane  
dictum, hoc uero uerius, igitur non recte, pec-  
cat argumentum. Dicet Arabs eandem rem, di-

VIII  
Ratio ab  
origine ser-  
monis, q  
uerba no-

C

E P I S T O L A P I C I.

cet Aegyptius, non dicēt latine, sed tamē recte.  
 constēt na-  
 turā breuis Aut enīm nomīna rerū arbitrio constant, aut  
 sime dilui- naturā, si fortuito positu, ut scilicet, cōmuniōe  
 tur nume- hominū in eandem sententiam conueniente,  
 ro 10.

quo sanxerint unūquodcū nomine appellari,  
 ita apud eos recte appelletur, quid prohibet hos  
 ce philosophos, quos nūcupatis barbaros, con  
 spirasse in unam dicendi normam apud eos nō  
 secus sanctā, achabeatur apud uos in Romana;  
 Illā cur rectā nō appelleatis appelleatis uestrā nulla  
 est ratio, si hæc cōpositio nominū tota est arbī  
 traria. Quod si dignari illam Romani nominis  
 appellatione non uultis, Gallicam uocetis, Bri  
 tannicam, Hispanam, uel quod uulgares dice  
 re solent Parisiensem. Cum ad uos loquētur cō  
 tinget eos pleracū rideri, pleracū non intelligi,

X Idem accidet uobis apud eos loquentibus,

Dictum de αναχαρσίος περὶ ἀθηναῖοις σολοκίδῃ. οὐδενῶν οὐδὲ πέρι σκύθων.  
 Anacharsī Id est, Anacharsis apud Atheniēles solecum  
 diluitur nu  
 mero. \*

Id est, Athenienses apud Scythas. Quod si nomi  
 num rectitudo pendet ex naturā terū, debemus  
 ne Rhetores, an philosophos, qui rerum omniū  
 naturam soli perspectam habēt & exploratam,  
 de hac rectitudine consulere? Fortecū aures res  
 puunt utpote asperula, acceptat ratio utpote re  
 bus cognatiōra. Sed quid oportuit nouare eos

linguam,

PRO BARBARIS PHILOS.

linguam, & si nati erant inter latinos, non latine loqui: Non poterat illio Hermolaë dum legebant in coelo fatorum leges, euētorum notas, ordinem uniuersi. Legebant in elementis nascēdi uices, & obeundi, simplicium uires, mixtorū temperaturas. Non poterant inquam eodē tempore in Cicerone, in Plinio, in Apuleio Romanæ linguæ proprietates, leges, obseruantias adnotare. Quærebant quid abhorres, qd receptū in natura, quid a Romanis interea, non curabant. Verum enim uero iam te loco meliore stauo. Do tibi eloquentiam, & sapientiam mutuo nexus inuicem conspirasse. Abiunxerunt philosophi sapientiā ab eloquētia, abiunxerunt histōrīci, Rethores, poētæ, qd deflet Philostrates eloquentiam a sapientia. Hos tu uicturos celebri fama minime dubitas, Illos nō nisi in poenam & contumeliam, uide quid agas, indisertam māuult Cicero prudētiā ē stultam loquacitatem.

Non quærimus in pecunia, qua moneta percussa sit, sed qua materia constet. Nec est, qui primum aurum nō malit habere sub nota Teutonū quam sub Romano symbolo factitiū. Peccant quidam dissidium cordis & linguæ faciunt, sed qui ex cordes tota sunt lingua, nonne sunt mera? ut ait Cato mortuaria, glossaria. Viuere sine lingua

XI

Recrimina-  
tio q̄ ora-  
ores laq̄ iē-  
tiam repu-  
diauerint  
diligitur nu-

mero

C ii

E P I S T O L A P I C I

possimus, forte non cōmode, sed sine corde nullo modo possimus. Non est humanus qui sit insolens politioris literaturæ. Non est homo qui sit expers philosophiae. Prodesse potest infantissima sapientia. Insipiens eloquentia, uti gladius in furentis manu, non obesse maxime non potest. Ergo inquies, & statuae non a figura, sed a materia commendantur. Et si Cherilus eadem quæ Homerus, & de ejisdem Mevius, ac Virgilius cecinissent, futurū erat, ut æque illi atq; isti inter poëtas reciperentur. Nonne uides disparsitatem similitudinis. Illud & nos assueramus, a spetie rem æstima, non ex subiecto. Est enim a spetie res id quod est, Sed alia specie quispiam inter Philosophos, alia inter poëtas recipiēdus.

XII  
Collatio  
Lucerij &  
Scoti repre  
hēdi rume ineprior. Dicet Lucretius rerū principia, At  
mos, et uacuū, Deū corporeū rerū nostrarū in  
scīū, temere omnia fortuito occursu corpusculo  
rū ferri. Sed hæc latine dicet et elegāter, dicet lo  
annes, quæ natura constat, sua materia spetieq;  
constitui, esse deum separatam mentem, cognos  
centem omnia, omnibus consulētem. Nec ppte  
rea quod uniuersa etiam infima uideat, ac mo  
deretur,

PRO BARBARIS PHILOS.

dereſt, eſua pace minimū dimoueri, ſed qđ dici ſolet κατίσταμαι καπέννα. At dicet iſuſe, ruditernō latinis uerbis. Quælo quis in dubiū reuocet, tam rectius Scotum philofophari, qđ ille loquit̄ ornatius. Sed uide quid differant, huicos insipidum, illi mens desipiens, hic grammaticorum, ne poetarū dicam decreta nescit, Ille dei atq; na- turæ, hic infantissimus dicēdo ſentit ea, que lau- dari dicendo ſatis nō poſſunt, ille fando eloquē tiffimus loquitur nefanda.

Hæc illi fortasse afferent Hermolae chariſſ. in deſenſionem ſuæ barbariæ, aut qua ſunt sub- Conclusio  
tilitate, multo fortasse meliora, quorum ſentētiæ nec ego plane accedo, nec in genuo cuiq; et liberali accedendū puto. Sed exercui me libenter in hac materiā, tanq; infami, ut qui quartanam laudant, cum ut ingenium periclitarer, tum hoc consilio, ut ueluti Glauco ille apud Platonem in iuſtitiam laudat, non ex iuditio, ſed ut ad laudes iuſtitiæ Socratē extimulet. Ita ego ut eloquētiæ cauſſam a te agi audiam, in eam licentius re- pugnante paulisper ſenſu, atq; natura inuectus ſum, quam ſi uel negligendam Barbaris existi- marem, nō ab illis ad eam, quod nuper feci, ad græcas literas, ad tuū nunquam ſatis laudatum. Themistium pene totus defecilem. Quamuis,

EP I S T O L A P I C I

περιοδος  
diluitur op-  
posita alia  
iustiore cau-  
sa indigna-  
tionis.

dicam libere quod sentio, mouent mihi stomachum Grammatistæ quidam, qui cum duas tenuerint uocabulorum origines, ita se ostentat, ita uendant, ita circumferunt iactabundi, ut pre se ipsis pro nihilo habendos philosophos arbitrentur. Nolumus, inquit, halce uestras philosophias. Et quid mirum, nec Falernum canes, sed nos hac fini epistolam claudamus. Si decus aliquod, nomenque sibi promeruerunt Barbari illi, sola rerum cognitione, non esse facile dictu, quem locum, quid laudum tu tibi uindices, quis inter philosophos eloquentissimus, inter eloquentes, ut dicam græce, φιλόσοφων ταπεινού. Florentiae tertio Nonas Iunias. M cccc Lxxxv.

# HERMOLA VS

BARBARVS IOANNI  
PICO S. D.



VM uiderē te incre-  
dibili quodam studio Exordium  
omnium optimarum de uolūta  
artium flagrantem, ad  
usitatam doctrinā tua  
sponte ueterē philoso-  
phiam atq; eloquenti-  
am adiūgere, scripsi nu-  
per ad te, barbaros phi-

losophos uituperans, uel ut te ad meliora studia  
incitarem ~~atq; dñm~~ ut dici solet, uel ut gratularer  
ad optima tendenti. Itaq; cum tuū mihi de stu-  
dijs iudicium non sit ignotum, & si littere quas  
modò ad me dedisti, a mea sententia dissidere ui-  
dentur, tamen adeo mihi nō fuerunt ingratæ  
ut magnæ etiam uoluptati fuerint, eo quod  
non obscuram tuæ erga me benevolentiae signi-  
ficationem habent. Non enim dubito quin sin-  
gulari erga me amore adductus, mecum de cō-  
munibus studijs ludere uolueris, necq; enim dis-  
simulas, eo te ista scripsisse, ut me ad eā rationem  
quam probo, magis ornandam excitares. Utiv-

C iiiii

## EPISTOLA HERMOLAI

nam uero Pice tam facile id possim, quam facile  
Querela de difficultate.  
erat Socrati Glauconis orationem, qui iusticiā uituperauerat, refellere. Sed hoc nostrum certamen inique comparatū est. Etenim cum eloquētia summīs eloquētiæ viribus abs te accusetur, patronus ei dandus erat, non inferior eloquentia accusatore. Ego autem & copia & ornamenti orationis omnibus abs te lōge superior. Quare optarim te hanc tuam uim atq; ubertatem in

Votum. optandum ut Picus potius defederet eloquentiam, quia Hermolao suis negotijs faciant alij hostes.  
altera parte experiri maluisse. Nā mihi, ut scis, bellum est alioqui ἀνανδρεῖον cum hostibus rectorum studiorum, qui et si hoc armorū genere quo tu uteris, non sunt instructi, tamen acerrime pugnāt odio, pertinacia, & malis artibus omnis generis. Hos nō uelim uel autoritate nominis tui armari, uel armis tuis aduersus præstantissimas artes instrui. Quod si tuas copias nobiscum cōiunxeris, confirmare ausim, nos breui te uelut Camillo duce, rē Romanam, depulsis barbaris recepturos, ac suū artibus decus reddituros es se. Ego tamē ne modo, aut tuę uoluntati, aut causę publicaę desim, breuiter ad ea quæ scribis respondebo. Nam si tantam causam complecti totam uellem, multis uoluminibus res agenda es set. Quæ enim materia locupletior existere possest, quam dicere de dignitate atq; utilitate eloquentiæ.

## CONTRA BARBA PHILOS.

quentie, quantum in religionibus ac reliquis artibus, errorum hac una ex re extiterit, quod dicitur exercitatioes neglectae atque intermissae sunt. Deinde quod fuerit argumentum uberior, quam si collatio institueretur veteris philosophiae & huius nuper natæ sycophanticæ, quam barbari isti pro philosophia profitentur. Atque hec si quando rursus ocium mihi resp. concedet, instituere decreui. Nunc diluam quædam præcipua argumenta tuæ epistolæ, non tanquam cum aduersario dimicans, sed *λόγῳ παρεδημήσῃ*, uelut tecum confabulans. Cum autem in oratione tua duo sint loci præcipui, nam & absolutam rerum scientiam barbaris tribuis, et contendis iure eos eloquentiam aspernatos esse, sequar tuum ordinem, ut *λόγοι παρεπέσσονται*. De eloquentia dicam antea, quam eo dicis in philosophis non esse requiri rendam, quia tantum sapientiae cum eloquentia dissidiū sit, ut cōiugī utrācūq; nefas sit. Quis non uidet te in materia noua atque absurdaludere uoluissē? Nam cū hæ duæ virtutes hominis propriæ sint ac summæ, mente res bonas perspicere ac uidere, easq; dicendo explicare & ostendere alijs posse, paradoxum affers initio orationis tuæ, quod cum ipsa natura pugnat, nefas esse sapientiae eloquentiam addere. Nam usus sa-

Partitio.  
quæstum  
ma contro  
uersiæ.

Propositio

Confutati  
onis propo  
sitio, absur  
dum est, &  
contra natu  
rā, q; negat  
sapientiæ ad  
dendam es  
tiam.

D

## EPISTOLA HERMOLAI

pientiae plane nullus fuerit, nisi sapienter delibera-  
rata atque cogitata comunicare alijs possimus. quod  
cum sine magna quadam copia & uarietate ora-  
tionis fieri non queat, virtutes Pice quas natura  
maximarum utilitatum caussa copulauit, distra-  
his. Atqui sapientissimus poëta Homerus utri-  
usque uirtutis laudem ei uiro tribuit in quo sapi-  
entiss. principis exemplum pingebat. Inquit enim  
de Vlysse, οὐλέεντι μὲν μορφὴ τείχος, οὐλέεντι φύσης ἐθλοῦ.  
Atque idem poëta Nestori tribuit orationē mel-  
le dulciorē, cuius in dicenda sententia sapien-  
tiam ita prædicat Agamemnon, ut magnopere  
plures sibi consiliarios istius similes optet.

¶ Prima ratiō ex natu-  
ra conuersi-  
onis. Si nul-  
li sapientes  
debent esse  
eloquentes  
ergo nulli  
eloquentes  
fuerunt sa-  
piētes, qd  
est falsissi-  
mum.  
Quod si nefas est, ut tu defendis, cōiungere hęc,  
quid dices, eloquentes omnes sine mente, sine  
pectore esse, stultos fuisse omnes, quorum Elo-  
quentia laudatur? Vlyssem, Nestorē. Deinde  
principes illos rerump. qui suo consilio, autho-  
ritate, oratione, maximas res gubernarunt, So-  
lōnem, Periclem, Demadēn, Demosthenem,  
Ciceronem, Cæsarem, Octauium & innume-  
rables alios, quos si nulla societas est sapientiae  
cum eloquentia, condēnas stultiq; omnes. Con-  
stat enim hos fuisse eloquentiss. Quid de philo-  
sophis ueterib. iudicādū erit. Dicemus ne hos  
fuisse indoctos, quia non sunt confuse, sordide  
atque iniqui-

CONTRA BARBA. PHIL O S.

atq; inquinate locuti: Platonis tanta est eloquē-  
tia , ut græci dixerint, Iouem , si uelit de reb. di-  
uinis differere usurum esse Platonis oratione.  
Tanta est enim copia , tāta grauitas , tantus splē-  
dor uerborum & sententiarum , ut uerius diuī-  
na, quā humana uox existimari debeat. Aristo-  
telis oratio et si breuior est : tamen & propria &  
pura est , & ita abundat suis quibusdam lumini-  
bus , ut Cicero eam dixerit, similem esse lumen  
aurum uehenti , & interdum adeo dulcis est , ni-  
hil ut possit cogitari dulcius . Vide autem , quā  
sit iniustū adimere sapiētiam summis illis prin-  
cipibus & rerumpub. & doctrinæ. Per me equi-  
dē liberū est tibi , & amare & mirari īgenia barba-  
rorum. Sed si hoc concedi postulas , ut præfera-  
mus istos summorum hominū īgenijs , nullam  
aliam ob cauſā , niſi q̄a ſpurce locuti ſūt , etiā atq;  
etiam uidendum tibi erit , ut ſententiam non fo-  
lum absurdam , ſed pene crudelem auditu uere-  
cunde tueri poſſis. Ac fortassis aliquam excusati  
onem res haberet , ſi ſine contumelia eloquen-  
tiæ barbaros defenderes , ac tribueres eis ſuam  
quandam laudem diligentia , ac prudencia , in  
rebus inquirendis ac iudicandis , & fatereris de  
ſuiffe aliiquid uel iſpis uel tēporibus . Quid enī  
mirum eſt , desiderari aliiquid in hominibus , cū

D ii

Reprehēdi  
tur forma  
defensionis  
qua Picus  
uſus eſt , &  
alia proba  
bilior ostē-  
ditur.

## E P I S T O L A HERMOLAI

paucissimi sint artifices boni omnibus aetatibus etiam in leuioribus artibus , tantum abest , ut i hoc summo genere , pariter excellere possint omnes. Sed tu ita defendis istos ut eloquētiam ipsā insesteris & plane indignam bonis ac sapientibus uiris esse contendas . Itaq; et si postea ostendam non solum dicendi rationem barbaris defuisse , sed etiam alia , quae tu tribuis : tamē nūc nihil , de isto genere scriptorū dicam , ipsius eloquētiæ patrocinium suscipiam . Tota enim ora-

Diluit secū  
dam ratio-  
nē Pici in q  
Picus errat  
in definitio-  
ne , seu sine  
eloquētiæ.  
Itaq; oppo-  
nit hic uera  
definitio.  
Estq; locus  
cōmuniſ,  
quid sit elo-  
quentia , seu  
quis sit elo-  
quentiae fi-  
nis. Et hinc  
ratio efficit  
cōtra Picū,  
q; eloquē-  
tia necessita  
tis cauſa  
coleđa sit,

nē  
hīberi soleat aut uoluptatis causa , aut etiam ad fallendos homines . Rhetorum dicis esse mentiri , circumuenire , & nescio , quibus præstigijſ  
animos decipere . Si non intelligūt , isti tui scrip-  
tores , aliud esse eloquentiam , quam huīusmo-  
difucum , plane iam detrahenda erit eis , philo-  
phiæ cognitio , quam præcipue sibi arrogant . Non enim perspiciunt , eloquētiam peculiarem  
uim aciuitatem esse , utilitatis alicuius cauſa da-  
tam hominibus , deinde nō recte definitunt , qd  
dialecticis , quales se esse profitetur isti , turpis ,  
accersitus cultus , sed est facultas proprieac dilu-  
cide expli-

CONTRA BARBA PHILOS.

cide explicandi animorum sensa atq; cogitationes, qua in re etiam dignitati ac ueritati seruēdū est, ut apta et recta dicātur, & ut amplificent res magnæ & eleuent ea quæ abiici prodest. Ita q; ut pictoris finis est, uere ac pprie imitari corpora, quod quam difficile sit consequi, non est obscurum experienti. Necq; ars tantū, sed etiam, magna colorum uarietas atq; distinctio ad id requiritur. Ita rhetoris siue ita uocari mauis, eloquentiæ finis est, ipsas animi cogitationes, quasi pingere & representare proprio & pspicuo sermonis genere, qua in re cum elaborabit, magna ei uarietate quasi colorum, uerborum, sententiarum, & figurarum, deniq; etiam arte quadam opus erit, ut ego quidem statuo, multo maiore quam cōsummati & perfecti pictoris ars esse potest ulla. Tota igitur nobis de definitione cōtrouersia est, qd sit eloquentia, aut certe de fine, quē ad usum hominibus eloquentia concessa sit. Hac de re ut omittam ea, quæ sunt apud rhetores, cōmunem sensum consulito, aut certe philosophorum principes, Platonem & Aristotelē, quorū alter in Phædro, sapienter & copiose disputat, & quid sit eloquentia, & quam necessaria sit ad diuinas & humanas res explicandas. Quanquam haud scio an barbari isti ne locū quidem

Similitudo  
eloquentiæ  
& picturæ.

Probat de-  
finitionem  
autoritate  
Platonis &  
Aristotelis.

EPISTOLA HERMOLAI

dēt Platonii iter philosophos. Sed Aristoteles in Rheticis eadē scribit. Definiūt igit̄ eloquētiā hi philosophorū principes, uim esse diuinitus hominum generi concessam, ut de magnis & necessarijs rebus, de religionib⁹, de rerū celestiū atq; aliarū natura, de iure ac iusticia, de omni uirtutis officio, proprie & perspicue docere alij alios possint. Nec sine causa dictū est homines antea dispersos ac uagabundos in agris, eloquētia congregatos esse, ciuitates conditas, Iura, Religiōes, legitimas nuptias, & cetera societatis humanæ uincula constituta esse. Hæc enim profecto tenentur oratiōe in ciuitatibus. Hanc uim diuinam, tam necessariam humano generi, nihil putemus esse, nisi ludū ac prestigias, quē admodum scribis. Ego uero non dubito ingratitudinis atq; impietatis accusare omnes, q; elo-

Duæ artes quentiæ beneficia non agnoscunt. Atq; illi ipsi ad eloquētiā perit, philosophi quorum sequor authoritatem, adnētes dia monent in obscuris & grauibus causis explican lectica & dis opus esse, non solū prudentia magna, quæ Rhetorica. Ita si hæc artes bonas peruidet, sed etiam uia quadam & ratione docendi, & genere sermonis, quod res derit. Estigitur eloquentia quib. dicimus plane exponere & subiçere oculis hominum possit. Itacq; duas artes constituerunt inter se cognatas, dialecticen ac rhetoricen, quarum

## CONTRA BARBA PHILOS.

quarum altera docēdi uiam monstret, altera doceat, quo uerborū genere res exponendæ sint. Quis autem nō uidet hæc inter se natura cōiuncta esse? Queso enim si de religionibus docendi sunt homines, si in iudicijs res obscuræ & intricate iudici demōstrandæ, nū haec fieri, primum sine via docendi, deinde sine magna copia, uarietate, a cluminibus orationis existimas? Erras, si doceri posse homines credis hoc genere disputādi, quo isti barbari in scholis utūtur, quod non solum populus, sed ne ipsi quidem iniciati ut ita dicam, inter se intelligunt. Etenim non solum genus uerborum nouum est, & ignotum populo, sed ita confusa sunt omnia, ut uelut in labyrintho nec initia nec exitus rerū deprehendi possint. Et subinde fingunt noua ac prodigiosa somnia & uerborum portenta, quibus cum res nullæ subsint, intelligi nihil potest. Falsum enim est ut philosophi dicūt ἀκατάληπτον. Itaque sæpe cū inter se rixantur uidere licet ipsissimam imaginem illius iudicij, de quo est proverbiū, θυσιωφρόθυσιωφροίκερισο. Et quoniam quædam picturæ, atque eloquentiæ similitudo est ut enim pictura imitatur corpora, ita oratio pingit ac reddit animi sententias, libenter ab illa arte mutuamur exempla. Quæso te num

Occupatio  
At barba-  
rinon sūt  
muti. Hic  
contra eō  
tendit bar-  
barorum  
sermonem  
inutile esse  
ad docen-  
dos hoīes.  
Atq; hæc  
ratio ov-  
Xoy est  
argumen-  
torum Her-  
molai. Ideo  
eloquentiæ ē  
necessaria,  
quia ser-  
mo, nulla  
adhibita ra-  
tiōe & arte  
non intelli-  
gitur.

D iii

## E P I S T O L A H E R M O L A I

Probus si ei usmodi picturā pbare possis, in qua formē cō  
mī p̄ximā fusē mōstrosē nihil certi significant aut ostēdūt  
occupatio spectatori. Talē tabulā q̄s posset ē quo aio aspice  
nem.

re. Simillimū aut̄ est huic picture genus dicēdi,  
in barbaris. Sed ut illius mōstrosē picturæ nul  
lus est usus. Ita hæc obscura oratio, quam habet  
utilitatem in rep. c̄ in docēdis hominibus; in re  
gēdis & explicandis religionibus; in iudicijs ex  
ercendis; deniq̄ in hac tota uita publice ac priua  
tim gubernanda. Quare constituamus id quod

Conclusio definitiōis  
& cōtinet  
ratiōem, q̄  
eloquētia  
necessitatis  
caussa req̄  
ratur.  
res est, elocutionem non esse inanē cultū sed ne  
cessarium ad cauſas omnis generis uere ac pro  
prie explicandas. Acrhetoris esse, non ut tu  
dicis, ludere ac mētiri, sed de maximis rebus ue  
re docere homines, qui etsi interdum in diffīcili  
bus causis, figura aliqua utuntur, & ut tuo utar  
uerbo, decipiūt auditores, id non minus ad of  
ficiū eius uiri pertinet, qui domi respub. gu  
bernat, quā ad imperatorē pertinet arte hostes  
circumuenire. Hunc enim uirum qui de bonis  
ac necessarijs rebus recte, dilucide, & cū digni

A definiti  
one philo  
sophi, q̄  
eloquentia  
necessaria  
fit.  
tate quadam docet homines, oratorē nos uoca  
mus, quem tu philosophum uelis uocari, non  
dum satis intelligo. Evidēt philosophū uoco  
eum uirū, qui cū res bonas atq̄ utiles humano  
generi didicit ac tenet, doctrinam ex schola atq̄  
umbra

## CONTRA BARBA PHILOS.

umbra ad usū & rem publ. transfert, docet hoīes aut de natura rerū, aut de religionib. aut de regen disciuitatib. Deinde ut maxime ora tōrem tñ reīcias in forū, tamē eas philosophiæ partes illi quds tu defendis suscepérūt, quæ sine eloquen-  
tia lumē habere nullū possunt. Primū enim etsi non est una orationis forma, tamen si animo-  
rum nostrorum cogitationes alijs communica-  
re uoluerimus, utendum erit certo quodam ge-  
nere sermōis, quod uerbis notis & recte iunctis  
integre atq; ordine res de quibus dicimus expo-  
nat. Id commune esse debet in omni orationis  
forma. Nam etiā illæ artes quæ propemodum  
uideri mutæ possūt, Arithmetica et Geometria,  
tamen non possunt percipi nisi proprijs uerbis  
& uia ac ratione quadam tradātur. Ceteræ uero  
partes, Physicæ, Ethicæ, & theologicæ materiæ,  
erui atq; illustrari sine eloquētia & sine ijs artib.  
quas eloquentia continet, nullo modo possunt.  
Porro tui illi magistri Thomas, Scotus promit  
tunt nobis perfectiss. doctrinā de religione, deq; omnibus uitæ officijs, quid præstent, postea di-  
cam, nunc tantum de genere orationis dispu-  
to. Quid autē potest singi stultius, q; quod sine elo-  
quentia Ecclesiarum doctores ac uitæ duces per-  
hiberi uolunt: ac ne quidē quid sentiant, ostend

A professi-  
one illorū  
scriptorū  
quos Pieus  
uocat phi-  
losophos,

E

## EPISTOLA HERMOLAI

dere possunt. In singulis artibus quædam propria sunt artificum uocabula. Quare philosophis ac Theologis etiam sua quædam uocabula ut Architectis ac pictoribus concedi æquū est. Sed interim reliquus sermo constare usitatis ac notis uerbis debet, oportet & in iungendis uerbis imitari consuetudinem. Hæc non sunt apud istos. Deinde nō solum habent errata grammatica, sed neç sententias absoluunt, neç iudicū neç ordinem in explicando adhibent. Postea amissā loquēdi diligētia, rerū etiam iudiciū amiserūt. Fixerūt. n. una cū mōstrosis uocabulis inexplicabilia sōnia quib. uniuersā philosophiā ac theologiā obruerūt: ita ī istorū doctrina uere sunt ut Græci dicūt *πάντα μία κόνιος*. Quare nō solum populus, sed ne ipsi quidē, quod est uel maxime ridiculum, suas disputatiōes intelligūt; ac solœcizant, nō ut Anacharsis Athenis, ut tu dicas, sed in suis scholis. Venio nunc ad acerū similitudinum tuarum, quæ detrahunt philosophiæ non ut tu raciocinari eloquētiam, hoc est uerum colorem orationis, sed ineptum ornatū. Virginem non decet fucus, ac nec monstrosa facties decet. Quid autem monströsius est barba ex descripti rorum oratione? Nā ea oratio quæ est optima, & generū natiuus sententiæ color est; Alienā, confusa, et perturba-

II  
Retorquet  
dictum de  
Anacharsi.

III  
Diluit simili-  
litudines,  
ex definiti-  
one supra  
tractata, &  
ex descripsi-

CONTRA BARBA. PHILOS,

bata oratio, deformat & corrūpit sententias, ac dicendi.  
ne effingit quidem, quod debebat esse oratio Contendit  
nis officium proprium. Sed sermonem inquis aūt eloquē  
non aspernor, ornatum non requiro, ut in ma- tiām etiā in  
trona simplicem cultum probamus. Ne Cicero simplici ge  
quidem plus requirit a philosophis, quam nere orati-  
purum sermonē apte ac dilucide res explicātem, onis esse,  
Sed hæc facultas hoc modo dicēdi, & præcipua quia id q̄q  
eloquentiæ pars est, & ab arte plurimum sumit magna ar-  
Requirit enim summam prudentiam in rebus tēte constat.  
in uestigandis atq; collocandis, copiā uerborū  
upliss. iudicin acerrimum in delectu. Nam  
cum duæ sint propemodnm orationis formæ,  
tenuior altera, altera grandior, non ita multum  
posterior dissimilis est priori, nisi quod figuris  
ludit frequentius, & amplificationes crebrius  
adhibet. Itaq; priorem formam, quæ uerecundi-  
or est, disputationibus putant accommodatio-  
rem esse, et si in tanta rerum uarietate, multa in  
philosophia incident, de quibus etiā grandis-  
ore quodam sono dicēdum est, ut proprius aspi-  
ci rerum magnitudo possit. Itaq; et si Aristote-  
les & Cicero in disputationibus priore genere  
utantur, tamen interdum assumunt etiā al-  
teram formam, qua quidem Plato ubiq; prope-  
modum utitur. Porro si philosophi etiā pri-

## EPISTOLA HERMOLAI

orem illam formam detrahes, plane mutam redideris. Quid enim explicare poterit, si ne proprio quidem et perspicuo genere orationis utetur? Neque uero quisquam sine optimo doctrina, sine acerrimo studio, sine longa exercitatione, illud ipsum genus, quod indocti omnibus in manu esse fallo putant, consequi potest. Pictorem me-

mini nostræ ætatis Apellen, cum mihi cupide audienti commemoraret & adolescētiæ studia, & quem sibi postea scopum artis proposuisset, quo quasi directā manū haberet, dicere, se adolescentē in pictura mirificam quandam ac pene prodigiosam uarietatem amasse gestuum atque ornimentorum omnium generis. Nunc senescens tēm se consulere naturā, in hanc intueri, ut eam quam proxime & proprijs exprimeret, neque se quod cuperet, assequi, quia hac proprietate nihil difficultius sit. Neque uero facilius est negotia uerbis proprijs, quam naturam coloribus pingere. Itaque Horatius significat quantum hæc res habeat difficultatis, cum ita iubet scribere, ut si bi quiuis, speret idem, sudet multum, frustraque laboret Ausus idem, tantum series iuncturaque pollet. Tantum de medio sumptis accedit honores. Atque ego ita statuo, magnos oratores qui respub. gubernauerūt, quos accepimus prementes

CONTRA BARBA. PHILOS.

tientes dicendi pericula, incredibili quodam metu ad dicendum accessisse, non de cæteris ornamentis, sed de hac propria rerum explicatione sollicitos fuisse, quam experiebantur esse difficilimam. Periculum aiunt, cuius tanta fuit eloquentia, ut tonare ac fulminare dictus sit, cum ascendit in concionem, precari solitum, ne quod sibi uerbum excideret, quod causæ ob esset. Sæpe etiam Cicero significat se cum timore summo ad dicendum accedere, cuius rei uel hoc argumentum esse potest, quod aliquando ita lætatus est, iudicij die, progato, q̄ ei de causa difficulti dicendū erat, ut leruum id renunciantē libertate donauerit. Vidi ipse hoīes eloquētiss. natu grandes, cum dicere iussi essent toto corpore perhorrescere. At qua de re angi putemus hoīes peritis. Num de flosculis orationis, aut a cersito cultu, ut tu iudicas? Imo uero de propria rerū explicatione solliciti sunt, ne qd excidat qd dici refert, ne quid alieno loco dicatur, ne incurrit in uerba, quæ officiūt aut causę aut ipsorū existimatiōi. Deniq̄ innumerabilia pericula sūt. Hoc minimi negotiū est hoībus copiosis atq; ex ercitatis, insignes aliquas figurās addere. Præcipius ornatus est ipsa rerum propria explicatio, ut in picturis iusta corporum lineamenta, Et tag

## EPISTOLA HERMOLAI

men sepe magnitudo rerū postulat, aliquid uel  
attollit uel abīci, qđ etiam facere natura cogit tu  
os illos barbaros. Vides enim in illorum scrip  
tis & sermone crebras amplificationes, sed dñ  
boni quam insulsas. Quanto ueriora & aptiora  
dicerent, si studiū hoc non essent aspernati. De  
mus igitur philosophis uerecundam orationis  
formam, modo ut res dilucide uerbis notis, re  
cte iunctis, ordine distributis, integre explicet.  
Bene olere mulierē ait Plautus, quæ nihil olet.  
Talis oratio etiam delectat sana ingenia, et non  
solum in scholis ac disputationibus laudem ha  
bet, sed etiam in foro multi hac una forma  
contenti fuerunt.

Et talem nobis oratorem Homerus Menelaū  
describit, quem ait solitum dicere, παντὰ μὲν ἀλλὰ  
μάλα λιπούσι πει οὐ τολμυσθος αὐλόν ἀφαιρετίσ. Tri  
buit enim ei & proprietatē, & suavitatem. Has  
virtutes consequi philologum, si uelit intelligi,  
oportet. Quantum autem o dīj absunt ab il  
lo Homericō Menelao uestri barbari, qui cum  
ea de re, quam suscipiunt, uix unquam quidquā  
dicant, quod faciat πεστωτις, tamen plerunq; ex  
tra caussam sunt loquacissimi & ineptiarum ple  
ni. At Cicero expressit nobis formam illius pro  
prij oratoris ac λιγίας dicentis, in libellis de natu  
ra decorum

CONTRA BARBA. PHILOS.

tura deorum & alijs philosophicis disputationibus. Expressit & eam multis i locis Aristoteles.

Verum, non est inquis philosophi seruire uoluptati. Utinam Pice adeo contemnerent Theologici tui uoluptates ceteras, ut orationis mudi ciem aspernantur. Quanquam autem nulla uoluptas homine liberaliter instituto dignior est,

quam hæc. Nulla est enim harmonia dulcior ac naturæ hominis conuenientior, quam oratio rerum bonarum plena & compositione concinna, tamen hic non disporto, ornatum uoluptatis sed necessitatis caussa adhibendum esse. Non enim doceri de magnis rebus homines possunt,

nisi & genus sermonis purum, & uia quædam, & ratio explicandi, & cetera quæ in artibus traduntur, adhibeantur. Quod uero addis, Bacchanalia in Veste sacris agere philosophos eloquentiæ studiosos, dicam simpliciter quod sentio, stomachum mihi mouit. Quæ enim uolup-

tas est, contumeliosum esse, cum in ipsam eloquentiam, tum uero in philosophiæ principes. Num Plato, Aristoteles, Cicero: uidentur tibi bacchanalia agere, idq; in sacris Vestæ: num uidetur tibicines, quia non sunt spurce locutio: Et quidem Plato longe omnes uincit tum græcos tum Latinos oratores, copia & spendore

Diluit ar-  
gumētum  
de uolup-  
tate.

Opponi-  
tur argu-  
mentum a  
necessitate  
sumptum.

v

Diluit con-  
tumeliosas  
Similitudi-  
nes.

E. iiiii

## EPISTOLA HERMOLAI

orationis. Scytha quidam cū apud Græcos mu-  
sicum audiret suauissime canentem , inquit, mal-  
le se audire hinnientem equū. Satis hic quidem  
Scythice , sed bis Scythicum fuerit, nihil affici  
suavitate orationis summorum authorum, qui  
philosophiam nobis pepererunt . Tu uero eti-  
am furere eos dicis. Non satis attēdis Pice quam  
Inuersio quod sustineas personam : Cum enim profitearis te  
Picus fucū faciat dicē-  
do, cū pp-  
ter eā causā oratores  
antea uituperarit.  
philosophic ac ueritati patrocinari, & in oratori  
bus calumnias uituperes, minime ea fide ac sim-  
plicitate causam agis tuam , quam philosophis  
tribui postulas: Quorsum enim pertinent tam  
multe similitudines tuæ , undique collectæ : quæ  
non solum extenuant eloquentiæ dignitatem,  
sed plane iubēt uelut pestem fugere, nisi ut fucū  
lectorī faciant, ne eloquentiæ dignitatem aspice-  
re possit: Queso te utrū hæc Rhetorica sunt an  
sophistica? Certe a uiro philosopho non apte di-  
cuntur. Quid enim facies Theologis facundio-  
ribus Paulo, Basilio, Hieronymo: Nū hi quoque  
Concludit dilutionē si Bacchanalia agunt ? Sed delino has similitudi-  
militudinū nes tuas excutere, in quibus hoc commune erra  
una cū ge- tum est, quod elocutionem iudicas esse delicias  
nerali soluti- tere, quod quasdam, non ad utilitatem ac necessitatem com-  
nō recte cō paratas , nos contra ornatum precipuum esse,  
parent elo- propriam rerum expositionem. Et tamen in tan-  
quentiam ta rerum

## CONTRA BARBA. PH!LOS.

ta rerū uarietate, multa esse, quib. ut cōspici eorū  
 magnitudo possit, nitor quidam adhibēdus sit,<sup>cum acceſſo ornatu</sup>  
 in quo etiam necessitatem sequimur. Seruimus  
 enim dignitati et magnitudini rerum. Necq; ego  
 cum ornatum laudo, illa orationis flagitia pro-  
 bo, quæ tu cōmemoras, cum de affectatis leno-  
 cijs declamitas, qualia reprehendunt in Apu-  
 leio, qui nihil proprie dicit, sed habet perpetuas  
 Periphrases & metaphoras. Idq; peccat philoso-  
 phus. Nec multo secus barbari uestri rhetori-  
 cantur. Quanto prudentius rhetores in quib.  
 tu orationis delicias in crimen uocas, cum nulli  
 magis aspernentur ambiosum & inanē cultū,  
 nulli dicant castius q̄ hi, qui ad recte dicendum  
 his exercitationibus assuefacti sunt. Ac uelut in  
 rosis candor, ita in oratione philosophi simpli-  
 citas quædam insit natuua. Et ut purpureæ rosæ  
 Veneris sanguine conspersæ dicuntur, ita orna-  
 menta sint nō prodigiosa, sed uenusta ac suauia,  
 qualia sunt in Ciceronis disputationibus, sæpe  
 etiam in Aristotelicis, ut uere possis dicere, Ve-  
 neris sanguine, aut certe Ambrosia conspersas  
 esse. Sed magnis exemplis barbariē tueris. Cul-<sup>VII</sup>  
 tus deest inquis in sacrī literis. Verum longe  
 dissimilis est oratio in tuis barbaris, qui plane  
 nouum sermonis genus condiderunt. Prophe-  
Diluit exē-  
plum de sa-  
cris literis.

## EPISTOLA HERMOLAI

tæ in sua lingua non loquuntur uiciose, & uolu-  
erunt intelligi, quidam etiam satis ornati sunt.  
Danidis enim carmen ut in ista lingua uere atti-  
cum est. Apostoli uerbis bonis utuntur. Pau-  
lus uero etiam adhibet in disputando artem &  
quædam ornamēta. Deinde cur diuinitus addi-  
tum est Euāgelio donum linguarum, si eloquen-  
tia inutilis est ad res sacras & magnas exponen-  
Opponit  
rationem  
firmam et  
grauē de  
dono lin-  
guarum.

das? Quid enim aliud est donum linguarum q̄  
eloquentia, hoc est facultas plane & copiose res  
obscuras explicandi? Atq; hic accusandi erant  
tui magistri, quod celeste donum non conserua-  
uerunt, quod linguarum studia, quæ antea in  
ecclesia colebant, nouo doctrinæ genere oppres-  
serūt. Pythagoram etiam alleges, qui mysteria

VIII. Diluit ex  
emplū de  
symbolis  
& Apo-  
logis.

texerit in uolucris. Fortassis illi expediebat tege-  
re quasdam sentētias, quas docebat contra pub-  
persuasiones. Nos uero non loquimur de arca  
nis, quæ pro tempore occultanda sunt, sed de il-  
lis quæ efferrī atq; extare oportet, quæ pars mul-  
to maxima est in doctrinis. Deinde & symbola  
& apologos conditos interpretor, non hoc con-  
silio ut præcepta tegerent, sed ut essent uelut mo-  
rum picturæ, utiles ad excitādos animos ad ad-  
mirationem. Natura enim & amamus & admir-  
ramur picturas. Sed prædicat Aristoteles sua  
scripta

CONTRA BARBA. PHIL O'S.

scripta eti extarēt, tamen non extare. Ille uero  
non hoc sensit, se de industria tenebras offusis  
selectoribus. Nam plerique libri ualde perspicui  
De Aristo tele.

sunt. Duas enim res adhibet, quae perspicuitatē  
in primis efficiunt, methodum uidelicet, & ge-  
nus orationis proprium. Nec uero methodum  
tanta diligentia secuturus erat, si de industria res  
obscurare uoluisset. Verum uidit sua scripta nō  
esse intellecturos, nisi qui liberaliter instituti es-  
sent. Eius iudicij multæ sunt causæ. Deterrebat  
igit a suis scriptis hoīes ineptos qui imparati ad  
ea irrumpebant, quo in genere non leuiter  
peccauerunt etiam barbari tui, qui nulla instru-  
cti liberali doctrina profitentur se Aristotelis  
interpretes esse. Postremo etiamsi Aristoteles  
interdum oneri cedens, ut sit, non satis commo-  
ratur in aliqua re explicanda, non semper quid  
quisque artifex effecerit, sed quod requiratur spectā-  
dum est. Quis autem est lector, qui non optet  
ubique summam esse perspicuitatem? Postremo  
X  
etiam philosophari incipis. Vocabula nō natu-  
ra constant, ais, sed hominum arbitrio, licuit igit  
tur eis condere nouum sermonis genus. Quid ar-  
gumētum  
de origine  
sermonis.  
audio? Si hoc semper licet, quomodo contra-  
hent inter se homines? quomodo docere alij ali-  
os poterunt? Sed omitto hæc quæ leuiora sunt

## EPISTOLA HERMOLAI

Secunda pars cōtro uerſiæ, in qua magna ex parte rerū scientiam am detrahit barba-  
ris. quam ut diluere opus sit. Venio ad alteram par-tem tuæ disputationis, in qua arrogas barbaris rerum scientiam, & quidem eloquentibus detra-his. Cum autem de eloquentia respōderim, nō quantū magnitudo rei postulat, sed quantum uel potui, uel Epistolæ modus patiebatur, deal-tero etiam breuius dicam, & si hæc disputatione multo maior ac difficilior est de toto genere do-ctrinæ in istis tuis autorib. Atq; initio Lucretiū & Scotum committis. Est autem iniquum cum de genere dicendi controuersia sit, materias con-ferre. Nec enim adeo amens sum, ut inanem lo-rij & Scotti, quacitatem pluris faciam, quam sapientiam. Ve-rum hoc defendo, eloquentiam ad res magnas patefaciendas necessariam esse. Deinde cur non opponis Scoto Theologum aliquem, uidelicet Hieronymū? Vt de ecclesia meritus uidetur? Iste ne cuius eloquentia lumen attulit sacrī li-bris, & pleraq; dogmata diligēter explicauit? an uero Scotus, qui cū nullum dogma illustrarit, nugaciss. disputationes in ecclesiam inuexit? De inde facis inciuiliter Pice, q; barbaris ita arro-gas rerum sciētiā, ut præstantiss. ingenij græcis & latinis detrahas, qua in re cum modestiam desidero dignam philosopho, tum uero etiam prudentiam, Vituperas quidquid est diserto-rum,

XI

Reprehen-dit collatio nem Lucre-  
ij & Scotti, de genere dicendi controuersia sit, materias con-ferre. Nec enim adeo amens sum, ut inanem lo-rij & Scotti, quacitatem pluris faciam, quam sapientiam. Ve-rum hoc defendo, eloquentiam ad res magnas patefaciendas necessariam esse. Deinde cur non opponis Scoto Theologum aliquem, uidelicet Hieronymū? Vt de ecclesia meritus uidetur? Iste ne cuius eloquentia lumen attulit sacrī li-bris, & pleraq; dogmata diligēter explicauit? an uero Scotus, qui cū nullum dogma illustrarit, nugaciss. disputationes in ecclesiam inuexit? De inde facis inciuiliter Pice, q; barbaris ita arro-gas rerum sciētiā, ut præstantiss. ingenij græcis & latinis detrahas, qua in re cum modestiam desidero dignam philosopho, tum uero etiam prudentiam, Vituperas quidquid est diserto-rum,

CONTRA BARBA. PHILOS.

rum, poëtas, oratores, & Historicos. Hos dícis omnes amplexos esse eloquētiām sine sapientia, cum quidem hoc ad causam tuam nihil pertinet. Poteras enim tuis rerum scientiam, sine horum contumelia tribuere. Sed sic solent rhetorici, q̄ eloquētiāe studia uituperāt. Obscero te, nihil putas esse sapiētiāe in Homero, Vergilio, in Demonesthene, Cicerone, in Herodoto, Lio, & ceteris, qui hos in scribendo imitati sunt. An non uidentur h̄i tibi uerius philosophari, cum uel naturam rerum sapiētissime describūt, uel summo consilio pingunt imagines omnium rerum, quæ uel in priuata, uel in publica uita accidere possunt, cum præcepta & exempla uitæ ac morum utilissima proponunt, quam barbari tui, cum rixantur, utrum partes simul sumptæ distinguantur realiter a toto, & hoc genus infinita; non enim libet recitare. Quid; quod oratores maximum usum rerū afferunt ad scriendum, qui iudicia exercet atq; acuit? Quare philosophiam apte ad usum & ad cōmunem uitam transferunt. Tui philosophi in umbra ne quidē uim preceptorum, de quibus rixantur, intelligunt. Sed longum esset de laudibus eloquentiū scriptorum dicere, & non est necessarium. Facile enim iudicari potest, abundare eos reb. opti

## EPISTOLA HERMOLAI

mis & ad uitam necessarijs, ac sumptis ex media philosophia. Redeo igitur ad barbaros, quibus equidem non detraho in uniuersum rerum cognitionem. Ac minime uituperandos censeo medicos, quorum ars exerceri sine magna eloquenia potest, tametsi doceri a disertis fœlicius queat. Deinde fontes sunt apud Græcos, nec opinor a posterioribus uinci Hippocratem & Galenum, aut acumine in inueniendo, aut diligentia in inquirendo, aut ratione & proprietate in explicando. Sed non disputas proprie de medicis. Aristotelicos & theologos defendis, hos habes in delicijs, horū sapientiam admiraris. Neq; ego eos in totū doctrinæ laude spolio, studium etiam & uoluntatem laudandam censeo. Videntur enim philosophiæ studia, quæ multis seculis conticuerant, rursus excitare uoluisse. Sed si ita complecteris eos, ut inchoata studia absoluise existimes, longe falleris. Mihi uero magna ex parte philosophiam corrupisse uidentur, idq; ob hanc causam præcipue, quod has dicendi exercitationes neglexerūt. Itaq; non solum genus sermonis, & uniuersæ doctrinæ formam (est enim confusissima) reprehēdo, sed etiam magna ex parte res desydero meliores. Nam cum & genus sermonis nō intelligerent, & artes non trāserent

### XIII Concessio

XIII  
Correcatio  
quæ detra-  
hit rerū sci-  
entiam bar-  
baris, &  
causā esse  
docet, qne  
glexerint  
eloquētiæ  
studia.

CONTRA BARBA. PHILOS.

ferrēt ad usū aliquē, iudicio lapsi , multas absurdas opiniōes genuerūt, quibus fere uniuersam Aristotelis philosophiam penitus obruerunt. Idq; testātur moles commentariorum, qūi magna ex parte consumuntur in illis somnijs , de natura communī, de hecceitatib; , de distinctionib; , de istātib; & similib; deliramentis. Vetus uersiculus est, τὰ μηλέν ωφελοῦν ταὶ μὴ πόνι μάται. Sed hæc cum fere sint commentitia, non solum nihil afferunt utilitatis, sed nocent etiam , non solum, quia in his dicendis temporis iactura facienda est, sed etiā, quia iudicia deprauant̄. Quanto latius erat precepta simpliciter proponere, & ostēdere, quem uel in iudicanda natura, uel ī negocijs, uel in moribus, & cōmuni uita usū habeant, quō ea trāstu lerint ad usum magni artifices , qd hīc poēt̄, qd oratores, qd alij magni uiri sumplerint? Quantū flagicij est, quod illæ nugæ etiam studia Mathematicū extinxerunt? Nosti. n. scholarū more. Prēterea uix umbra Mathematicum est in barbarorum scriptis . Omnia enim planiora atq; illūstriora sunt apud Græcos . Itaq; excellentes nostra ætate mathematici, grece discendum sibi putauerunt, ut germanam Ptolemei sententiam , deinde ut græcos interpretes ī hoc genere con-

## EPISTOLA HERMOLAI

sulere possent. Praedclare inquit Plato de Mathematicum doctoribus, facile eas artes percipi posse, si doctor contingat idoneus, & ἀνθρώποις οὐλατός εἰσιν, εἰ μὴ θάστης οὐχι τοι. Negat quenquam idoneum fore ad docendum, nisi deum aliquem ducē habeat, hoc est, nisi rationem & iustum docendi uiam teneat, & explicare apte, quæ senciāt, pos sit. Sed in barbarorum scriptis ita perturbata & confusa sunt omnia, ut hunc ducem eis defuisse appareat. Quare gratulemur nostrę ætati, qua quidam & græcis literis & eloquentia instructi, cum reliquam philosophiam, tum etiam hanc partem repurgare atq[ue] instaurare ceperunt. Miror autem, cur theologis tuis tantam philosophiæ scientiam tribuas, cū a mathematis, quæ est haud dubie precipua philosophiæ pars, ualde nudi atq[ue] inopes sint, quos quidem tu mihi producis, homines religiosos, satis Thrasonice de se prædicātes. Viximus celebres, & uiuemus non in scholis Græmaticorum, ubi de Niobes filijs disputant, sed in coronis philosophorum, ubi humanarum & diuinarum rerum rationes queruntur. Vixerint sane celebres. Non enim inuideo. Illud autem optarim, de Niobes filijs eos nugatos esse potius, quam isto modo lusisse in ecclesiastica doctrina, qui cum sacrarum lite

**XV**  
Deridet  
amplificati  
onē quæ ē  
in proposi  
tione Pici,

rarum

C O N T R A B A R B A . P H I L O S .

rarū sermonem nō intelligerēt, cū nullam habe-  
rent antiquitatis noticiā, cum iudicij inopia ue-  
teres controversias ac sentētias non recte accipe-  
rent, multas sparserūt in Ecclesia impias & per-  
niciose opiniones. Quam sunt inepti cū inter-  
pretantur prophetas et Paulum, qua in re in pri-  
mis ridiculum est homines Dialecticos, quiq;  
in una illa arte consenuissent, nusquam uidere,  
id quod erat dialectici, quid proponat David  
aut Paulus, quæ sint initia argumētorū, qui exi-  
tus. Tales interpretes in sacris literis uere sunt  
~~δύοι εν μυροῖς~~, ut uulgo dicunt. Itacq; cū sermonem  
non assequerentur, nouam quandam Theolo-  
giam architectati sunt. Centones scripsérūt, quo-  
rum magna pars consulta est ex disputationibus  
puerilibus, quæ agitatātur in ipsorum Dialectica.  
Tanta uis est consuetudinis, ut puerile studium  
ne senes quidē deponere possint. Deinde assu-  
unt pauca quædam dogmata Ecclesiastica, quæ  
non reprehendo. Sed quædam de maximis re-  
bus scelesti corrupti ipsi, in quibus nec scri-  
pturæ, nec synodorū uerba intelligunt, ac serunt  
impias & fanaticas opiniones. Reliqua est pars,  
quæ habet infinitas questiones, de humanis tra-  
ditionibus, ut vocant, de qua δολεροῖς dicunt.  
Ac de toto hoc genere coram tutius erit dis-

G

## EPISTOLA HERMOLAI

putare, ubi, cum euoluero tuos magistros, res ostendet eos uerius esse ἀθέκαστον περιφύρως, quā

XVI  
Inuertit di-  
ctum de Si-  
lenis Alci-  
biadis.

ut tu putas, Alcibiadis Silenos. Quod autem eis etiam immortalitatem polliceris, ac uiicturos esse confirmas, melius ominari te uelim, et Christianæ doctrinæ, & alijs honestis artibus. Equidem ubi degustauerint nostri homines meliores literas, spero Herculem aliquem exoriturū esse, qui his monstris orbem terrarum liberet, quicq; Philosophiæ & Christianæ doctrinæ natuum decus restituat. Atq; adeo ad hanc laudem expetendam, excitare te Pice nō desinam, quem & ingenio excellere, & doctrinæ uarietate prædictum esse, & ardere incredibili quodam studio ueritatis inuestigandæ, & eloquentia ad res tantas illustrandas instructum esse uideo. Nam si est hominis philosophi, ut certe est, in eruenda atq; patefacienda ueritate bene mereri de toto genere humano, te uerē philosophiæ deditum, in hanc curam maxime incumbere omni studio decet, ut collapsas artes instaures. Nec uero meritum ullum maius aut glorioius ducendū est inter homines, cum ueritate nihil sit melius. οὐδὲ πάνταν μὴ ἀπεῖδε θεοῖς ἡγεῖται, πάνταν δὲ αἰθρότερον, ut grauissime dixit Plato. Ac iam quia specimen quoddam prebuisti tuorum studiorum, in quo signifi-

CONTRA BARBA. PHILOS.

significas, pleraq; tibi in ueteribus congerronib;  
bus tuis non probari, ac nouam quandam ratio  
nem, tum ad philosophiam, tum ad Theologis-  
am tractandam adhibes, magnam in spem eru-  
ditos omnes erexisti. Reliqua, ut ait poëta, θεον  
ἐν γράμμασι κεῖται. Hæc tibi rescribēda esse duxi, nō  
quod arbitrarer de his studijs aliud esse tuum,  
quam meū iudiciū, sed q; statuebam gratū tibi  
officium meum fore, quoniā me ad scribendū  
prouocasses. Quanquam, ut tu dicis stomachū πάθος,  
tibi mouere quosdam grammaticas, qui leuiter diluitur op  
degustatis primis artibus, præ se philosophos posita alia  
contēnunt, ita ego multo iustius succenso mo- iustiori cau  
rosis quibusdam, qui cum ueræ philosophiæ fa indigna-  
infestissimi hostes sint, tamen philosophiæ ti- tionis.  
tulo regnant, ac mirabili conſpiratione, & odijs  
pertinacissimis obſistunt, quo minus refloresce  
re meliora studia possint. Scripsi igitur quædā  
hic asperius, ne iſti me patrocinium nostrarum  
literarum abieciſſe existimarent, quæcū leges,  
boni consulito. Fui enim uehementior alicubi,  
iſtos animo intuens, cum ſcirem mihi hacdere  
uerius cum iſlis, quam tecū certamen eſſe. Vt  
autem Stesichorū ferūt, cum Helenæ formam  
uituperasset, erroris pœnā cæcitate dediſſe, po-  
ſteaq; cum palinodiā caneret, oculos recepiſſe,

EPISTOLA HERMOLAI.

ita te quoq; deo gratum facturum statues, si elo  
quentiam ccelo donatam hominibus maximarū  
utilitatum caussa, cuius dignitatem prior Episto  
la extenuat, rursus ornes ac laudes. Id  
argumentū tua & persona & fa  
cultate copiacq; dignum  
fuerit. Vale.

Haganoæ in Officina Petri Brübachi.

Anno M. D. XXXIII.

Mense Augusto.



2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

